

II. Systema Platonium, & III. Porphyrianum.

SECUNDUM Systema ponit similiter Terra-
quam cum Elementis in centro mundi
immobilem, circaque elementarem sphæ-
ram, planetas ac stellas fixas, sed diverso or-
dine à prædicto quoad aliquos, ut apparet
in Syst: Plat: Nam Plato cum Aristotele, Eu-
doto, Calippo, Theone, Gebro, ponunt im-
mediatè Solem supra Lunam, deinde Mer-
curium, ♀, ♂, ♃, ♄, & stellas fixas: alii ve-
rò, ut *Porphyrius*, *Apulejus*, *Marsilius Fici-
nus*, Auct̄or libelli de Mundo ad Alexan-
drum, & quidam Platonici, post Lunam a
☉ collocat ♀, deinde ♃, reliquis priore
ordine retentis. Vtrumque hoc systema or-
bes totales planetarum concentricos Mun-
do facit; quæ sequuntur (copernico ex-
cepto) partim concentricos, partim excen-
tricos faciunt.

IV. Systema Anaximandrinum V. Martianum. & VI. Plu- tarchianum.

Xystus